

## EPISTOLA

pertinet, atq; ut puto, cum ad intelligendum, tum ad inquirendum similia proderunt studiosis proprietatis, historiae, varietatis: tamen si nonnulla etiam afferuntur, quorum causas inuenire atque exponere est peritiorum. Quicquid de his aut ipse statues pro tuo iudicio, aut delectu habito Gesnerus pronunciat, à Georgio minimè reprehèdetur: qui haec in magnis occupationibus suis, non ex professo, sed quasi aliud agens, in chartas coniecerat, ijs praesertim annotatis, quae praeterierat Agricola. Eas chartas ego colligens, ad te mittendas existimaui, quia aliquarum in tuo indice rerum habent expositiones. Vale.

Misena Hermundurorum, die solstij  
brumalis. M. D.

LXVI.

a 3